

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 14. Tametsi Ecclesia nunquam dubitaverit de tanta Dei in
condonandis peccatis misericordia, ut peccatores quoscumque, quamlibet
multorum & enormium criminum reos, toties in gratiam recipiat, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

de solis orthodoxe fidei cultoribus (exclusis parvulis, qui ante usum rationis obieunt) sermo sit. Quod & a nobis multiplici divinarum Scripturarum, & SS. Patrum autoritate, multiplici item ratio-

- ne to. 1. hujuscem Theologia Sanctorum Prolegom. 2. cap. 16. ostensum est.
- 192 Benè quidem sperare licet de salute eorum, qui sub vita exiū, signa dant pœnitentia. Flagitiorum tamen hominum (quorum longè major est numerus, quam timoratorum) pœnitentia figura, post vitam in continuo peccatis, vel in perpetuo Confessionum & relapsuum circulo peractam juxta SS. Patres raro est vera.

CAPUT XIV.

Tametsi Ecclesia nunquam dubitaverit de tanta Dei in condonandis peccatis misericordia, ut peccatores quoscumque, quālibet mulierum & enormum criminum reos, ritus in gratiam recipiat, quoties ad ipsum totu[m] corde conversi panentes sicut oportet. Nunquam etiam dubitaverit de data sibi ab unigenito Filio Dei potestate toutes remittendi peccata, post baptismum commissa, quoties debita cum dispositione suis ea clavibus subjiciuntur. Non idēo unquam creditur, absolutionem a se impariendam peccatoribus quibuscumque, se contritos afferentibus, statim atque peccata sua confessi, absolutionem petiissent, cum verbali promissione emendationis, tametsi manifesta non esset indispositio ipsorum.

- 193 Robatur 1^o. quia tanta olim cum distinctione Ecclesia uia fuū illa potestat, ut pluribus ieculis semel dumtaxat, extra mortis articulum, absolverit post baptismum lapsos in graviora criminia, quæ publica multabat pœnitentia, solūnque ita morte absolverit lapsos in ea, seu aliquod eorum, post unam pœnitentiam & absolutionem. Priorem partem antiquissimorum Patrum testimonis probat Morinus l. 5. c. 27. Herma nimurum (S. Pauli discipuli) Clementis Romani, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Origenis. Quod & cap. 28. demonstrat ex Concilio Elberiano, Paciano, Ambroso, Hieronymo, Augustino, & Concilio Toletano III.

- 194 Posteriori partem, quod solū in morte absolventer lapsos &c. multis rationibus & autho-ritatibus probat ibidem c. 29. & 30. Et idem cum Morino tradunt Albaspinaus (Episcopus Aurelianensis) observationum l. 2. observat. 2. & Dionysius Petavius in doctrinam suis ad Ephphanum admonitionibus heresi 59. Qui omnes pariter ostendunt, lapsos in dicta crimina, privatæ pœnitentie beneficio, ad communionem pacemque reverti minimè potuisse, glossasque Scholasticorum verbis & praxi Antiquorum non satisficerent.

- 195 Graviora porrò crimina, erga quæ tam disticta fuit veteris Ecclesiæ disciplina, fuerunt idolo-atria, homicidia, fornicatio, corumque manifestæ species. Fornicationem namque (hodie, proh dolor! communissimam) inerat graviora illa fuisse computatam, perspicuum est ex Tertulliano l. de pudicitia c. 1. & 12. Paciano parans eti ad pœnit. Chrysostomo hom. 17. in Matthæum, &c. His à seculo quarto addita fueru[n]t scilicet (ut videtur apud Augustinum hom. 27. inter 50.) perjurium, falsum testimonium, furtum, rapina, ebrietas affida, &c. ut videri posset apud Cæsarium homil. 8. Fulbertum Carnot serm. 2. ad populum, Morinum l. 5. citato c. 4.

Imo certum aliquibus viris doctis videtur ex Cypriano epist. 52. Innocentio I. epist. 3. ad Exuperium, & variis canonibus Concilii Elberitanæ, nonnullorum criminum reis, ut moechie, &c. ante Zephirini Papæ tempora, auctoris disciplina studio, absolutionem, in quibusdam Provinciis, etiam in morte, negatam fuisse, eorumque reos ad Decum pro venia remisitos fuisse, prout ostendunt Merbeius dicit. 4. de poenit. q. 79. Morinus l. 9. c. 15. Cardinalis Bona de rebus liturg. lib. 1. c. 17. ubi sic: *Quibusdam sceleribus, quæ atrociora vija sunt, omnem pro�t veniam p[ro]p[ter]a, omnem p[re]sentiam Ecclesia denerabat: ad eo ut qui ea commisissent, quamvis à divina misericordia eorum remissionem vere constitutas sub fidio obtineret, nunquam tamen posset cum Ecclesia reconciliari. Ea erant idolatria, homicidium & adulterium.* Constat hoc ex Tertulliano l. de pudicitia, ubi jam factus Montani assecla, propter ea invenitur in Decreto Zephirini Papæ (quo dicitur: *Ego & moechia & fornicationis delicia, p[re]nitentia fundis dimitto.*) Idem liquet ex Concilio Elberitanæ, & ex epistola Innocentii I. ad Exuperium, in qua ait, duriorem fuisse observavitam tempore persecutionum, ne communionis confessio facultas, homines de reconciliatione fecuros, non revocaret à lapsum. Residuā autem Ecclesiæ pace, rigorem illum in misericordiam commutatum esse.

Nec in quibusdam dumtaxat Provinciis rigorrem antedictum observatum fuisse, sed tribus prioribus ieculis in solenni more fuisse, ut videlicet idololatria, moechia, & homicidia, non obstante quācumque pœnitentia, ne in morte quidem absolventerentur, Merbeius loco citato post Albaspinam probare comatur. Saitem id in solemnem more fuisse, etiam in Romana Ecclesia, erga relatos in aliquod ex dictis criminibus, viri cruditi censerent.

Quidquid de eo sit, apostolis, & ab Ecclesia & jeenis (si post suam ejecutionem pœnitentiam agere non curarent, sed toto postea vita tempore voluptatibus se dedissent) tunc & toto post Baptismum vitâ impensis, pœnitentiam deminū in morte pœnitentibus, absolutionem tribus prioribus Ecclesiæ ieculis, non desperacione venia, sed rigore disciplinae, negatam fuisse, Morinus optimè demonstrat lib. 10. c. 1. & 2.

Incredible verò est, omnibus supradictis absolutionem negatam tuuisse, cō quid certa credetur indispositio ipsorum; Imo certum videatur ex ipius plerisque vel certò moraliter dispositis fuisse, vel totonc incerto, seu dubie indispositis; cum ex ipisis plerique pœnitentiam & absolutionem cum lachrymis, gemitis, & precibus magnis preterrent.

Secundū assertio probatur, quia Ecclesia, veteres Parres semper horruerunt, & vehementer horruerunt sc̄ pericolo expondere margaritas spargendi ante porcos, id est Sacramenta conferring indispositis, ut Morinus ostendit lib. 1. cap. 17. Incredibilis est (inquit) ea cura & sollicitudo, quā afficebantur, & quasi torquebantur, ne id attingendo contingere. . . . Ne igitur in Sacramentorum administratione fallerentur, & cum impuris, hoc est peccatoribus, ea communicarent, eos per variis purgationis modos, scelerum confessione premisi, multis annis deducebant. Siquid vero sceleris novi exorierebatur, sum Concilia frequentia celebrabant Episcopi, ut quā ratione punierentur & expandirentur, & providerent. Nec h[ab]et jollicitudine contenti, siquid paulo insolentius accidet, Episcopos longe diffitos, & præcipue Romanum Pontificem, de remedii insolenti muro adhibendis consulebant. Imo cum purgationis peccatorum modis erat vel remittendus, vel intensandus,

denus, eadem diligentia & sollicitudine vicinos
conjubant, Concilia habebant, nec unquam pa-
rebat, privativa confitio curacionis modos peccato-
ribus addibebat. Si quis id fecisset facinus, statim se-
vera censura vindicabant.

201 Ne autem in hac curacione & communione salle-
rentur, hanc antiquam regulam observabant, ita
esse conciliacionem & communionem redhibebant,
quibus Deus redderat, juxta divinam senten-
tiam Act. 10. latam: "Quod Deus purifica-
, vit, tu communie ne dixis. Credebam insu-
per, atque hoc erat potissimum totius discipline
pœnitentialis fundamentum, operum canonice pro
peccatis injunctorum sedula prestatione interna
cordis compunctionem angeret & accendi, iram Dei
mitigari, Deum pœnitentibus placari, penas eten-
tas, peccatis debitas, non modo fringere, sed etiam
extingui, ita ut qui injunctum à Sacerdote opus
humiliter perfecisset, peccatorum veniam à Deo
promoveretur, ac proinde ab Ecclesia camdemmo-
riti conqueveretur: è quid rata haberet Deus in
celo, quæcumque Ecclesia in terra de peccatis ju-
dicia faceret. Non negabant peccatoris compunc-
tionem tam ardenter & inflammatam esse posse, ut
uno momento perficiam à Deo peccatorum remis-
sionem obtineret, omnemque infernum penas extin-
garet. Sed & hoc rurum esse, & si quando con-
tingeret, incognitum esse profitebantur. Id est ut pœ-
nitentium conversionem explorarent, atque illas
inflammationem pœnitentes à Deo promoverent,
opera varia injungebant, quibus diligenter peractis,
eos purgatos esse & sanatos, Deo econiam Ecclesie
approbat, non dubitabant, aqua ut ver-
tates à Deo habitos reconciliabant, & Communione
donabant. Si vero morbo correti, pœnitentiam
petebant, aut grave aliquod periculum ipsorum
anima aut corporis metueretur, morbo urgente,
aut periculo diu inominante, reconciliationem con-
cedebant, pœnitentia nulla, aut brevi imposita,
agratim autem tantum indicata eā conditione, ut
si morbo superfites essent, eam exequentur. Sed
cum præter verba, genitivusque morientis, nibil es-
set iis de sinceritate, & justa quantitate communio-
nem compertum, de latere sordi pœnitentium
diffidere plurimum, nibil velle certi affirmare pre-
dicabant. Abholabant tamen, rati positis esse (in
dubio cuius longius examen temporis angusta non
patiebantur) severa pœnitenti, quam Sacramen-
to: cum Sacramentum propter pœnitentem sit in-
stitutum.

202 His premissis deinde Morinus ex perficuis anti-
quorum Patrum testimonis demonstrat, ipsos
diligentissime semper cavisse, ne quemquam abfol-
verent, quem prius à Deo vel absolutum, vel Sa-
cerdotum ministerio curatione peractam abholendum,
quantum homini judicare fas est, certò non crede-
rent. Igitur certum est ipsos non credidisse, fe de-
dere absolvere confitentes totes quies absol-
utionem poscerent, nec ipsorum manifesta foret
indispositio; imò ordinariè non prius ipsos abfol-
uisse, quam certa ipsi appareret ipsorum dispositio,
quantum fas esset homini judicare. Et can-
dem fuisse antiquorum Scholasticorum sententiam ex ipsorum testimonio cap. 18. demonstrat.

203 Capite vero 19. demonstrat, quid suam illam
proxim tunc Patres temperabant, cum pœnitentium
mors urebat, vel aliquod salutis periculum
imminiebat. Tunc enim (inquit) tam certa sincera
pœnitentia argumenta non iudicabat attendenda.
Cum enim atrocitas Decianæ persecutionis lapso-
rum ingentem multitudinem Ecclesiæ peperisset,
& ipsi (imprudentium Confessorum littere munici-
pi) pacem sibi redhiberi, nullà aucta pœnitentia, in-
solenter efflagitarent, Cyprianus cum Clero suo,
Clerus quoque Romanus (Sede vacante per mor-
tem Fabiani) Decreto provisorio statuerunt, pa-
tom. III.

cem lapsi moribundis dati; sanos vero expecta-
re, donec (persecutione sedata) Concilia celebra-
rentur, ibique quā ratione pax unicuique redden-
da foret, definitur. Sedatà paulo persecutione,
Rōme & in Africa habitis Conciliis, statutum
est, pacem Libealiticis dandam, nullā alia aucta
pœnitentia, præter eam, quam à suo se lapsi egis-
se probabant. Sacrificatorm verò pœnitentiam
diu trahendam, autem quā pars ipsiis redderetur,
nisi mors urgens aliud exigere. Si nullo periculo
urgerentur, ipsos non reconciliando, præsumptu-
m implente pœnitentia tempus sibi recenter consti-
tutum. Quia tamen paulo post statutum istud no-
va persecutio immittente visa est, decreum est ut
nullā interposita mox pax omnibus redderetur.
Quia Concilia tunc habita confuerunt, sufficere
quid ex eorum genitibus & inchoata pœnitentia
probabilis conjectura haberetur, Deo acceptam
est posse ipsorum reconciliationem. Hæc omnia
ex epist. 52. & 54. Cypriani, pulcherrimisque ratio-
nibus, ab eodem Cypriano deductis, perpicue
ibi probat, offendens à Cypriano solidissime dis-
volvi omnia in contrarium objecta.

Interim videat hinc Lector, veteres Patres ad 204
absolutionem dandam lapsi in enorme crimen
(quale erat in persecutione idolis sacrificis) extra
mortis vel salutis periculum handi sufficere
contents probabili conjecturā, ex ipsorum fletibus
& inchoata pœnitentia peccati, de dispositione ip-
sorum; sed certius argumentum istius dispositionis
requiriſſe. Nec proinde extra mortis vel salutis
periculum ipsos ad absolutionem dispositos cen-
suſſe ex fletibus & inchoata pœnitentia, mul-
to minus ex foliis verbis ipsorum; sed certiora ad
id credendum argumenta posuſſe. Ex quo mani-
festè tandem conficitur, Ecclesiæ & Patres,
extra mortis & salutis periculum, olim non ab-
solviſſe lapsi in enorme crimen, quoties absolu-
tionem confitentes poscebant, tametsi manifesta
non esset in dispositio ipsorum: nec per consequens,
extra periculum illud, ante impletum pœnitentia
tempus, ipsi se dispositos aſſerentibus ordinariè
credidisse in solo verbo ipsorum, tametsi mani-
festa non apparet ratio in contrarium: cum ne ip-
sos quidem dispositos crediderint, dum non foliis
verbis, sed & fletibus & inchoata pœnitentia se dis-
positos aſſerent, tametsi manifesta non esset in
dispositio ipsorum. Quod ex dicendis magis magis
que demonstrabitur.

CAPUT XV.

*Rei grandium criminum, v.g. fornicationis;
olim sacramentaliter non absolvebantur, nisi
post altam pœnitentiam canonicanam.*

V Eritas ista constabit ex dicendis cap. 17. & 18. 205
Vide ibi.

CAPUT XVI.

*Quando speciales ob causas, v.g. ob mortis pe-
riulum, ante altam pœnitentiam canonicanam,
dictis peccatoribus absolutione data fuit, abolu-
tionis istius valorem & fructum Patres in
dubitum revocaverunt.*

I Ta Morinus lib. 4. c. 11. n. 11. ubi sic: *Quam-* 206
*quam variis occasionibus explicatis, aliquæ oc-
currentibus, nullā imposta pena absolutionem &
communionem graviter peccantibus Patres largen-
tur (verbis & fletibus præsentibus eorum conten-
ti, ut n. 9. præmisserat) longe tamen pluri facie-
bant fructum reconciliationis, pœnitentia legitime
Gg*